



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi  
debeat? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis pater sit dignius principium matre, tamen mater dat substantiam corporalem: ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

Ad secundum dicendum, quod in his que ad rationem speciei pertinent, magis assimilatur filius patri, quam matri: sed in materialibus conditionibus magis debet assimilari matri, quam patri: quia res habet a forma, esse specificum; sed conditiones materiales, à materia.

Ad tertium dicendum, quod filius assimilatur patri ratione formæ, quam habet in sui complemen-  
to, sicut & pater: & ideo ratio non est ad propinquum.

Ad quartum dicendum, quod quia honor filii magis est ex patre, quam ex matri, ideo in genealogiis in Scripturis, & secundum communem consuetudinem, magis nominantur filii à patre, quam à matri: tamen in his que ad seruitutem spectant, magis matrem sequuntur.

#### QVÆST. LIII.

*De impedimento voti & ordinis, in quatuor articulis  
divisa.*

**D**EINDE considerandum est de impedimento voti & ordinis.

¶ Circa quod queruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum votum simplex matrimonium dirimat?

¶ Secundo, vtrum votum solemne?

¶ Tertio, vtrum ordo matrimonium impedit?

¶ Quarto, vtrum aliquis post matrimonium, sacram

212

Ibo. 4.4.

38. q. 1.

ar. 3. q. 2

et 3. c. 1.1.

sus. extra

guicler.

vel wo-

gynies.

A R T I C. I.

vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contrahendum dirimi debeat?

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim vinculum, deinde viori praeditum, sed vinculum vota est fortius, quam

vincu-

vinculum matrimonij: quia hoc sit homini, illud autem Deo. Ergo vinculum voti præjudicat vinculo matrimonij.

¶ 2 Præterea, Præceptum Dei non est minus, quam præceptum Ecclesiæ. Sed præceptum Ecclesiæ adeo obligat, quod si contra ipsum, matrimonium contrahitur, dirimitur; sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitas ab Ecclesiæ prohibiti. Ergo cum se vare votum sit præceptum diuinum, videtur quod qui contra votum, matrimonium contrahit, ex hoc matrimonium sit dirimentum.

\* de qua sequens quæst.

¶ 3 Præterea, In matrimonio potest homo vtrinque copula sine peccato. Sed ille qui facit votum complex castitatis, numquam potest carnaliter vxori continisci sine peccato. Ergo votum simplex matrimonium dirimit. Probatio mediæ constat, quod qui post votum simplex continentia matrimonio contrahit, peccat mortaliter: quia secundum eternum\*, virginitatem uuentibus non solum nubere, sed velle nubere damnabilis est. Sed continencia matrimonij non est contra votum continentia nisi ratione carnalis copulae. Ergo quando prius carnaliter commiscetur vxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs vicibus; quia peccatum primo commissum non potest excusare à peccato sequenti.

refertur  
in dec. d.  
27. c. V. o.  
uentibus,  
et id ha-  
bet Aug.  
de bona  
viduita-  
tis, c. 9.  
to. 4.

¶ 4 Præterea, Vir & mulier in matrimonio debent se pares, præcipue quantum ad carnalem copulam. Ille qui votum simplex continentia facit, numquam potest petere debitum sine peccato: quia hoc manifeste contra votum continentia, ad quam ex tenetur. Ergo nec reddere potest sine peccato.

in decre.  
lib. 4. 12  
tit quod  
cleri i vo  
uentes, c.  
Consu ñte  
nos

ED contra est, quod Clemens Papa\* dicit, quod votum simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum.

RESPONDEO dicendum, quod per hoc res aliqua sunt esse in potestate alius, per quod transire possumus alterius. Promissio autem sic uetus rei

non transfert eam in dominium eius , cui promittitur ; & ideò non ex hoc ipso quod aliquis rem promittit aliquam, definit res illa esse in potestate sua .

Cum ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprij corporis, ad continentiam Deo servandam facta ; post votum simplex adhuc remanet haecus. 27. mo dominus sui corporis : & ideò potest ipsum alter dare, scilicet vxori; in qua datione sacramentum matrimonij consistit \*, quod indissolubile est . Et propter hoc votum simplex , quamvis impedit matrimonium contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentia : tamen de adulto. per hoc dirimi .

et coniu- Ad primum ergo dicendum , quod votum est for-  
gij. c. 5. tius vinculum , quam matrimonium , quantum ad id  
Et de bo- cui, & ad quod obligat . Quia per matrimonium obli-  
no coiug. gatur homo vxori ad redditioinem debiti; sed per vo-  
c. 7. et 15 tum , Deo , ad continentiam . Tamen quantum ad  
C. ii. 50. modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum  
bom: l. ho- quam votum simplex : quia per matrimonium tradi-  
mi. 50. et tur actualiter vir in potestatem vxoris , non autem  
inf. q. 67. per votum simplex , ut dictum est \*. Ponor autem  
in corp. est semper conditio possidentis: sed quantum ad hoc  
art. art. simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia di-  
menda .

Ad secundum dicendum , quod præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos, non habet in quantum est præceptum Dei vel Ecclesie , quod dirimat matrimonium contrahendum ; sed in quantum facit , quod consanguinea corpus non possit transire in potestatem consanguinei . Hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votum simplex , ut ex dictis \* patet . Et ideo ratio non sequitur: ponitur enim pro causa quod non est causa matrimonium per verba de praesenti post votum sim- plex .

in corp.  
art. C.  
ad 1.

promittit, non potest cognoscere vxorem suam sine peccato mortali: quia adhuc restat sibi facultas plendi votum continentia ante matrimonium consummatum. Sed postquam matrimonium consummatum est, est sibi iam factum illicitum non addere debitum vxori exigenti; ex culpa sua. Ideo ad hoc obligatio voti non se extendit, ut a predictis \* patet: tamen deber per lamentum, *in corp.* continentiae recompensare pro continentia non feratur.

Ad quartum dicendum, quod quantum ad ea, in aliis non est factus impotens votum continentiae seruare, adhuc post contractum matrimonium obligatur ad seruandum: propter quod mortua vocatione totaliter continere: & quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendere; id est non potest petere debitum sine peccato, quamvis possit sine peccato reddere debitum, postquam obligatus est ad hoc per carnaliam copulam praecedentem. Hoc autem intelligendum, siue mulier expresse petat, siue interpretatione quando mulier verecunda est, & vir sentit voluntatem de redditu debiti: tunc enim peccato reddere potest, & praecipue si ei timeretur castitatis. Nec obstat, quod non sunt in matrimonij actu: quia quilibet potest hoc ad suum est, abrenuntiare. Quidam tamen dicit, quod potest & petere & reddere, ne nimis prolixi reddatur matrimonium vxori semper exigere. Sed si recte inspicatur, hoc est exigere in perpetuitate.

## ARTIC. II.

*Votum solemne dirimat matrimonium iam contractum?*

D secundum sic proceditur. Videtur, quod nec votum solemne dirimat matrimonium iam consummatum. Quia sicut Decret. \* dicit, Apud Deum minus obligat votum simplex, quam solemne, coning. supplementum.

Ff Sed

213  
c. rursum,  
qui cleri.  
vel vo-  
uen. c. ex-  
rum c. ex-  
publico.  
de iure.  
coning.